









בְּחֶסֶד וְיִשְׁרָאֵל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ

AVSPICIIS RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS REGI  
DOMINI

FRIDERICI AVGVSTI

חֲבַקּוּק מִשְׁמִיט יְשׁוּעָה

HABACVCI PROPHETAE

DE MESSIA  
TESTIMONIVM

*CAPITIS III, v. XIII.*

A R. ISAACI ABARBANELIS GLOSSE-  
MATE LIBERATVM  
PRAESIDE

M. IO. FRIDERICO VVEIDLERO  
PVBLICAE DISQVISIONI  
PROPOSITVM

A

RESPONDENTE

IO. BENIAMINO HOENERO

KINDELBRVCCENSI THVRINGO

AD D. OCTOB. 1712

VITEMBERGAE, FORMIS SCHROEDERIANIS.



6

DE MESSIA  
TESTIMONIUM  
M. IO. FRIDERICO VVIDILERO  
IO. BENIAMINO HOENNERO  
KATHEGAS, FORMIS SCHROEDERIANIS





ABACVCVS, Propheta Israeliticus, quem sub Manasse, uel eius filio Iosia, floruisse, non sine magna ueritatis specie prudentiores existimant, (1) nihil in sua prophetia potius agit, quam ut deploratis Ecclesiae et publicae

A 2

rei

(1) Varia enim sunt, quae de Habacuci genere ac aetate a diuersis auctoribus traduntur, quorum tamen pleraque uel coniecturis incertis, uel prorsus falsis narrationibus innituntur. Aliqui, qui ex nominis origine concludi heic aliquid posse arbitrantur, uxoris Sunamitidis filium nominant, quem cum Elisa, propheta summus, sterili feminae polliceretur, dixerat II. Reg. IV, 16. לְמוֹעֵד בֶּן חוּבָקָה et quoniam cum ista amplexus notione uatis quoque nostri הַבְּקוֹק nomen conuenit, statuerunt Habacucum et illum Sunamitidis filium eosdem esse, quod fundamentum an genuinum sit, quilibet facile iudicauerit. Reperti uero etiam sunt, qui scriptioni incertae atque apocryphae de Dracone Babelico, nec non fabuloso IOSEPHO GORIONIDI L. I. c. XI. p. m. 36. sq. ed. Breithaupt. fidem habuerunt, et Habacucum nostrum ad Danielis aetatem retulere. Memorant enim isti Auctores Habacucum vatem, cum messoribus suis parasset cibum, iussu fuisse a Domino, ut Danieli, in Chaldaea inter leones tunc commoranti, dapes istas adferret, id quod a vate, quem angelus Domini ad Danielelem perduxerat, factum quoque fuerit. Hanc autem historiolam non modo Auctorum suspecta fides, sed et aliorum, qui Danielis vitam factaque enarrarunt Scriptorum, maxime Scripturae Sacrae et ipsius IOSEPHI, celeberrimi Iudaicarum antiquitatum interpretis, silentium reiiciunt. Non audet PET. DAN. HVETIVS negare fabulam, praeiudiciis impeditus, sed Prop. IV. Demonstr. Euangel. p. 508. sq. Duos fuisse Habacucos statuit, vnum Danielis obsonatorem, alterum Prophetam, et priorem quidem Draconis et Beli historiae auctorem commemorat: cuius asserti tamen nullas uidi rationes. Rectius ergo sentiemus cum aliis, qui Prophetam nostrum

nostrum



rei Iudaicae miseriis, quibus peccata gentem implicauerant, denunciaret instantes Dei iustissimas poenas, et ostenderet simul his quoque finem aliquando imponendum, pacemque et tranquillitatem populo Dei sperandam esse: Inter haec et hostes, quorum experturi essent furores, describit,

nostrum Manassis sub regimine floruisse consentiunt, idque non modo סדר עולם זוהר, scriptio non postremae apud Iudaeos auctoritatis, testatur, sed et ipsa Habacuci tractatio sententiae laudatae assentitur. Neque nobis futurum esset adeo difficile, quandam harmoniam et conuenientiam Habacuci et narrationis de Manassis imperio, quod II. Reg. XX, 1. - 19. et II. Chron. XXXIII, 1. - 20. describitur, ostendere. Habacucus sub initium suae scriptionis, de iniquitate, idololatria, deuastatione et iniuriis detestandis conqueritur, dum exclamat c. I, v. 3. למה תראני און ועמל תביש, Eadem uitia sub Manasse rege inualuisse, sacri scriptores testes sunt. Vix enim illo inter Reges Israelitarum peior deprehenditur. Suscitabat oppressam antea a parente Hiskia, Ειδωλομανίαν, et pestilentem superstitioforum vatum gregem, non admittebat solum, sed et ipse perniciosissimis artibus erat deditus. II. Reg. XXI, 6. coll. II. Chron. XXXIII, 6. His improbitatibus foedisque exemplis ueram Ecclesiam pessimi latronis instar depopulabatur, ipsam publicam rem turbabat iniuriis, neque a sanguine innocentum Israelitarum sibi temperabat. II. Reg. XXI, 16. Eadem ergo regiminis et Ecclesiae conditio, quae Habacuci temporibus erat, et a uitae Manassis auctoribus sacris prorsus harmonice exprimitur. Sed uatum quoque Dei iussu regi et genti poenas interitumque minantium uoces, cum nostri Prophetæ dictis egregie conueniunt, id quod ex v. 10. seqq. c. XXI. II. Reg. et c. I. Hab. collatione manifesto apparet, affectum sermonis prophetici eundem, qui ex coll. II. Reg. XXI, v. 12. et Hab. I, 5. elucescit, praetereo. Quod uero reticuerit Manassis nomen Habacucus, eius rei rationem quandam non incommodam affert celebris רדק in Comment. ad Hab. inquit: לפי שלא היה מנשה כשר לא נקראו על שמו, qui et de uatis nostri genere ingenue haec adiicit: לא ידענו דורו ולא משפחתו, cum quo et nos heic, ut par est, facimus.



bit, maiestatemque regni Babylonici, cui tunc Nabopolassar, uel iam eius filius, Nebucadnezar, praeerant, declarat: sub quorum imperio uires Babyloniorum non auctae modo sunt, sed et ad summum fere fastigium peruenerunt, ut eorum potentia uicinis omnibus regibus terribilis atque formidanda haberetur.

II. Ad totius autem uaticinii cognitionem meliorem cum multum faciat distincta et explicatio illius analysis, operae pretium facturi sumus, si eam quoque heic breuibus exponamus. (2) Tribus capitibus in Codice Ebraeo sermo iste absoluitur. Primum caput improbitatis Iudaeae descriptio orditur v. 1. - 4. Quorum scelerum significantur certissimae poenae, et iusta Dei iudicia mox adfutura indicantur. Conuertit ergo se Prophetae oratio ad gentem Chaldaeorum, tunc, si externa facies spectetur, felicissimam, quae uerbis grauib, et ad Iudaici populi conditionem accommodatissimis exprimitur v. 5. - 12. Inspergit heic memorabile constantis fidei documentum, dum inter haec quoque mala adfuturam Sanctissimi Dei gratiam confidit. v. 12. 13. Sub finem demum sectionis atrocitatem feritatemque affligentis hostis, eius dominandi infaustam libidinem et successus malitiae commemorat, atque elegant, de piscatoribus, qui reti suo pisces colligunt innoxios, simili utitur. v. 14. fin. Alterum uero uaticinii caput, primo quidem loco constantiam Prophetae, et firmum de obseruando ueri Dei cultoris officio, propositum explicat; ibi, perstiturum se et precibus malis occursurum pollicetur v. 1.

A 3

Hinc

(2) Kimchius de summa uaticinii haec habet: הנבואתו על נבוכדנצר על הרע שעשה לישראל מכל העמים והתנבא Quae tamen scopum et argumentum generaliter solum indicant, quod nos curatius et distinctius dedimus.



Hinc de Nebucadnezaris superbia, et mox futura illius manifestatione a Domino docetur, ex quibus illorum quoque firmatur sententia, qui ante captiuitatem Babylonicam ipsum uixisse opinantur. De Nebucadnezaris uero peruicacia et secuturis eandem poenis loquitur com. 2. - fin. Occurrit in hoc capite egregium illud de iustificatione per fidem vnice obtinenda, testimonium, quod a nobis pretiosissimi thesauri instar, religiose custodiendum est, quod ipsum euidentissimum, ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται, saepius repetiit Diuus Paulus Rom. I, 17. Gal. III, 11. Ebr. X, 38. eoque sanam doctrinam confirmauit. Tertia denique sectio preces Prophetæ complectitur, in his laudibus extollit diuinam maiestatem, repetit admiranda Numinis opera, praestitamque saepe pressis opem, et auxilium celebrat v. 1. - 12. Tandem coelesti Spiritu plenus ad Messiam redemptorem, conuertitur, et in ipso Israelitarum piorum sitam omnem spem salutemque esse docet. v. 13. breuibus hinc hostium interitum praedicit, et tandem fidei suae constantis testatione finem dictis suis imponit, dum mentis aciem omnem ad salutis Israelis uerum fontem attollit.

III. Enimuero antequam ad dictum nostrum declarandum, et παραρρηνείαν Abarbanelis monstrandam accedamus, tenenda prius sunt ipsa sacri authentici textus uerba, et, quâ ratione Interpretes alii sensum exprimant, spectandum. Ita autem CAPITE III. commate XIII. Vates: עֲשֵׂה לְיִשְׂרָאֵל מִשְׁיָׁךְ כְּחֶצֶת רֹאשׁ מִבֵּית רָשָׁע עֲרוֹת יִסּוּר׃ עַד צֹאֵר כְּלָר׃ *Exiisti ad salutem populi Tui ad salutem cum Messia Tuo, confregisti caput et (principem) in familia improbi, denudando et (disiiciendo) fundamentum, usque ad collum.* Graecus uertit: ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου, τοῦ σῶσαι τὸν χριστὸν σου, βαλεῖς εἰς κεφαλὰς ἀνόμων θάνατον, ἐξήγησας δεσμούς ἕως τραχήλου. Syriaca uersio haec est:

ܐܕܒܐ



אֶגְרֵסִיךָ לְצַדִּיקִים לְצַדִּיקִים  
 לְצַדִּיקִים לְצַדִּיקִים לְצַדִּיקִים  
 לְצַדִּיקִים לְצַדִּיקִים לְצַדִּיקִים  
 לְצַדִּיקִים לְצַדִּיקִים לְצַדִּיקִים

*Egressus es ad saluandum po-  
 pulum Tuum, ad saluandum Christum Tuum, amputasti ca-  
 put de domo impii et nudasti eum a fundamento usque ad col-  
 lum ipsius in aeternum. Ionathanis Targum sic loquitur:*  
 אתגליתא למפרק ית עמר למפרק ית משיחך שציתא מן  
 קדמיהון מלכיה ושלטוניה מבתייהון תרכה חיבה  
 ותברתא חיליהון רגלי עמר על צורי סניהון מימרך קים  
*Apparuisti ad redimendum populum Tuum, ad li-  
 berandum Messiam Tuum, expulisti e conspectu eorum reges  
 et duces, e suis sedibus eiecisti improbos, fregisti illorum ui-  
 res et copias, pedes populi Tui (constituti sunt) in collis o-  
 forum illius, Verbum Tuum perstat in aeternum. (3) Non*  
 adduco plures, quippe a quibus nostra sententia parum spe-  
 rare potest praesidii; sed solum communem horum Inter-  
 pretum errorem obseruo, qui omnes particulam Ebr. את  
 accusatiui in textu praesenti notam esse existimarunt, cum  
 tamen ex sacris uerbis longe alium sensum intelligamus;  
 neque enim uates noster ita loquitur, יצאת לישע את משיחך  
 sed sollicite posteriori tantum in  
 loco laudatam particulam adiicit, manifestum συναφείας et  
 constructionis discrimen ostendens: idem quidem לישע,  
 non autem uoculam illam bis attulit, vnde patet, in pro-  
 positione altera uoculam את pro עם alternantem hanc sup-  
 pedi-

(3) Silentio heic inuoluimus aliorum Interpretum opiniones, et,  
 ut breuitati studeamus, solum adducimus רש"י, hic exponit 'משיחך'  
 הוא משיחך sed R. Dav. Kimchi longe elegantius ait: משיחך  
 מכלל יפי ה. ל. in uid. et R. Sal. Ben Melech. ad h. l. in בן רור



peditare sententiam, *Egressus es ad salutem populi Tui, ad salutem cum Messia tuo*: quam obseruationem qui penitus contemplantur, mox genuinam illam quam proponimus sententiam admittet. Hoc erat commune interpretum adductorum uitium, sunt et alia, quae censuram mererentur, a nobis iam praetereunda: de Graeco tamen, illum aut non intellexisse sacram linguam, aut ex arbitrio suo sensum commutauisse, iudico.

IV. Iamque Abarbanelis, (4) quem refellimus, sententia propriis illius uerbis exprimenda est. Postquam hic R. Salom. Iarchium, qui Saulem et Dauidem substituit, ipsum quoque Kimchium et egregiam eiusdem de Messia interpretationem attulerat, sequentem in modum in Commentario ad h. l. loquitur: **וְנִרְאָה לִי לְפָרְשָׁם כְּמַשְׁמַעֵם** והענין שהוציא הנביא כלל מכל תפלתו כאלו אמר כמו שיצאת ועשית תשועה ופורקן ביציאת מצרים כן תצא לעתיד לבא לישיע עמך ולהחריב אויבך והוא יצאת לישיע עמך כלומר הנה התבאר מכל מה שאמרתי שיצאת לישיע עמך שהוא ישראל ולישיע את משיחך שהוא משה וגו' Deprehendimus in hoc sermone aliquam Iudaei inconstantiam. Dixerat enim ab ipso quoque citatus Kimchius **עָתִיד בְּמָקוֹם** esse praeteritum in his uersibus futuri loco adhibitum: Isaacus uero uerborum prouti sonant expositionem quaerendam censuit: quod si ita intellexit, ut futurum et praeteritum tempus, ubi expressa sunt, uim suam et

---

(4) Est hic ipse DON ISAACVS ABARBANEL Iudaeorum Doctor Hispanus eruditissimus, qui ab ipsius Dauidis genere descendisse se gloriatur, ita enim in Praef. ad Comment. in **נְבִיאֵי אַחֲרֹנִי** יצחק הספרדי בן השר ארון יהודה אברבנאל זצ"ל inquit: **מִזְרַע קָרַשׁ מִשְׁפַּחַת בֵּית דָּוִד**: Natus est A. 1437. Lisbonae, et magnorum principum munera gessit. uid. Bayle. in Dict. et Antonius in Biblioth. Hispanica.



et significationem propriam obtineant, ipsum Abarbanellem aduersus propria praecepta peccasse uidemus. Saepius enim in commatibus proxime textum nostrum praecedentibus, in quibus Futurum tempus, quod uocamus, occurrebat, Praeteritum et recte quidem substituit. Porro uero admittimus, quae Abarbanel de argumento precum Habacuci in allatis uerbis commemorat; scilicet orare Prophetam, ut qua ratione adiuuit Deus Israelem in Aegypto, sic eos quoque in posterum liberet ex aduersitatibus, et hostium auertat iniurias; mox uero mutatus Iudaeus, non redemptionem, tunc Israeli a Messia sperandam intelligit, *sed Mosē liberatorem allegat*, idque est, quod negamus, et Messiam potius a uate monstratum existimamus. Rationes opinionis suae omisit, quare et nobis longa discussione non opus est, nosque potius ad declarandam ueram mentem progredimur, qua cognita praesidio omni destitutum Abarbanelis glossēma ipsum concidet. (5). Quod si accuratius textum perlustramus, mox futuri et praeteriti temporis *ἐναλλαγὴν* et commutationem animaduertimus. Ille enim est Spiritus Sancti mos, ut quae futura adhuc sunt,

B ob cer-

---

(5) Bene quidem noui illam disputandi methodum uitiosam esse, quae alterius conclusioni aliam contrariam opponit, sed tum uitio caret, si conclusio aduersa rationibus destituitur, quas quidem et Isaaco deesse, iam diximus. Mosē autem in hoc textu non monstrari, uel exinde Abarbanel poterat concludere, quod in uniuersa Scriptura Sacra nomen מֹשֶׁה nunquam Mosi tributum legitur, neque etiam illius conditioni appellatio ipsa fuisset conueniens, qui uocatus equidem populi Israelitici dux, non autem Sacerdos aut Rex vnctus fuit, quare hoc magis miramur Iudaeum, qui effatum, omni fundamento destitutum, cui res nomenque aduersabantur, nobis obtrudit. Ut iam taceam nexum uerborum praecedentium, quae, ut alius tempore Iosua insecutus intelligatur, postulant.



ob certitudinem summam tanquam iam praeterita commemoraret, (6) id quod iam a Kimchio bene deprehensum antea notauimus, et uel ex eo manifesto constat, quod ipsa haec tempora alterna fere in hac uatis oratione adhibeantur; quare haec erit commoda commatum cum nostro cohaerentium expositio a v. 12. etc. *Iratus autem certissime peragrabis terras, iratus conteres gentes, ad salutem populi tui, tuaeque Ecclesiae cum Messia et promisso a te, Seruatore uenies, (7) imo uenisti iam, (8) ostenso eo, qui tuos nos fideles ab insultibus hostium spiritualium conseruet et tueatur: auertes etiam imminencia mala, confringes improbae familiae principem, ecclesiae tuae hostem, babilonicum illum tyrannum, denudatis prorsus illius subsidiis, quibus innitebatur. Transfiges uirgis caput paganorum ipsius militum, qui turbulentis modis me et Ecclesiam tuam disiciunt, laetanturque quasi ad tollendum, etiam tectis artibus,*

(6) Vid. B. GLASSIUS Philol. S. L. III. tr. III. p. m. 644. Can. 46. et Venerandus Praeceptor meus D. D. DANZIVS in Interpr. Ebr. Chald. §. 162. n. 2.

(7) Messiam intelligimus Christum Iesum nostrum Nazarenum, quem propheta praeuidit, a quo ipse et Israelitae ueri omnes salutem et redemptionem a peccatis omnibus expectabant, qui משיח ideo dicitur, quod a Deo unctus sit oleo laetitiae prae confortibus suis, ita enim David Ps. XLV, 8. מִשְׁחָךְ אֱלֹהִים אֱלֹהֶיךָ שֶׁמֶן hic ipse est ἰσχυρὸς μέγας τῶν μελλόντων ἀγαθῶν Ebr. IX, 11. τῶν ἀγίων λειτουργός. Eb. IIX, 2. Rex est et dux Israelis, qui iuuare pios poterat, iure atque merito ad auxilium et opem ferendam a uate sanctissimo piis precibus sollicitatus.

(8) Qui praeteriti temporis significationem seruat, et is Messiam monstratum reperiet, est enim ὁ ὢν, ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος Apoc I, 4. est ἰσχυρὸς εἰς τὸν αἰῶνα Eb. V, 6. VI, 10. VII, 17. Idem in ueteri foedere sponsor qui in nouo, per eundem Iesum seruati sunt fideles, qui unquam in hoc orbe uixerunt omnes.



*bus, e medio pauperem. Tu uero es potentissimus ille Deus, qui per maris aquas moeniorum instar constitutas duxisti tuum populum.* In fine uero commemorato rursus hoste se in Domino laetum semper et a malis immunem futurum confidit.

V. Adferendae nunc quaedam sunt interpretationis propositae rationes, et quidem Mesiam in praesenti uatis oratione quaerendum esse, ex ipsa uaticiniorum sacrorum natura, et aliis quoque argumentis demonstramus. Primo quidem ueneror Optimi Maximi Seruatoris effatum, quo de se testatos esse Prophetas ueteres omnes declarat. (9)

B 2

Noster

(9) Hoc loco non incommode ad declarationem argumenti meliorem, dicta Prophetarum maxime praeclara adducemus, ut succincta habeatur illius effati Saluatoris illustratio. Ita enim apud GLASSIVM Phil.S.L.II. P.II. sect. II. p.m. 357. AVGVSTINVS iam olim exclamabat: *Non sapit Vetus Scriptura, si non Christus in ea intelligatur.* De Iudaeorum hanc in rem sententiis, quod Messias Scripturae quasi praecipuus scopus sit, egit RAYMVNDVS MARTINI in Pugione fidei aduersus Mauros et Iudaeos ed. Carpzou. P. II. c. V. et P. III. c. IV. dist. III. Produxit ibi duo insignia ex illorum scriptis testimonia, quae ut repetantur dignissima sunt. In Mas-sechet Sanhedr. Distinct. Chelek haec habentur: *א' יוחנן כל הנביאים כלם לא נתנבאו אלא לימות המשיח*. et R. Salom. ad Zachar. IX, 1. scripsit: *אמר מר כל הנביאים כלם לא נתנבאו אלא על שנות הנאולה וימות המשיח ונ'* Quae aliorum Israelitarum de hac doctrina placita sint, docet AVGVSTINVS IVSTINIANVS, Genuensis, Episcopus Nebiensis, in commentariis ad Psalterium Dauidis quinque linguarum dialectis expressum, editumque Genuae 1516. Fol. Psalm. II. Nonnullis etiam doctoribus placuit, Cabbalam Ebraeorum ueterem puriorem, iis vsibus antiquitus dicatam atque a Deo datam fuisse, ut ubi Spiritus Sanctus ad Mesiam uenturum in scriptis sacris nonnunquam occultius respiciat, scirent eo rectius illi scrutatores mysteriorum, atque



Noſter adeo Habacucus, cuius diuina ſcripta ſuperſunt, eorum quoque in numero habendus eſt, qui ueritatis de uen-  
turo

atque in fide in Chriſtum confirmarentur. Non eo autem inficias, ne umbram quidem talismodi traditionis in hodierna Iudaeorum doctrina Cabbaliſtica, quam, ſi optimam intelligas, ſymbolicam ſolum et criticam Scripturae interpretationem dixeris, occurrere. Arbor Cabbaliſtica cum ſuis ספירות, ut cuiuſcunque regiminis egregie conſtituti delineationem exhibet, ita fac illam bene ad omnipotentis Dei imperium, fac ad ipſius Chriſti regnum ſpirituale applicari poſſe: manifeſtum tamen eſt, illam ab antiquiſſimis patribus non profeſtam, neque ad exponenda quae uolunt tectius propoſita de Chriſto myſteria, ſufficere; imo ex Iudaeorum expoſitione inutiliter ad Scripturae interpretationem adhiberi. Nos ergo antiquae, quae tam eleganter deſcribitur, Cabbalae ueram expoſitionem adhuc exſpectamus, et ſaniori longe ratione cum Eccleſiae piis Doctoribus exiſtimamus, ueritates coeleſtes ſua radiare luce, et fideles ueteres eadem, qua nos ad Chriſti Seruatoris cognitionem uia perueniſſe. En iam breuem teſtium Sacrorum indicem, qui dicta Prophetarum ſelecta exhibet. Ex MOSE Gen. III, 15. השׁתׁרשׁו בׁזרעך כל גׁוׁי הארץ XXII, 18. הוא ישׁפך ראשׁ שלה זה מלך quod exponit Breschit Rabba ער כי יבא שלה 10. נביא כמני Deut. XII, 15. In Prophetis pariter uaria occurrunt teſtimonia, quorum delectum repraeſentamus, uide plura apud alios maxime B. MICH. VVALTHERVM Harm. Bibl. L. I. praelim. c. V. Art. III. §. 127. p. m. 52. Ex JESAIA c. VII, 14. עלמה בן de quo loco uide Summe Reu. D. D. DANZII Diſſertatio peculiaris. IX, 6. 7. XL, II. XLII, 1. 2. XLIX, 6. LIII. ex IEREMIA c. XXXIII, 22. מלכנו הוא ושיענו ex EZECHIELE c. XXXVII, 23. 24. alter Dauid Rex promittitur, רעה אחר יהיה דור עברי נשיא להם לעולם DANIELIS diuinis teſtimoniis, pro quibus ſapientiſſimo Deo grates perpetuo pie agenda ſunt, nihil in uniuerſa Scriptura praeclarius, manifeſtius, atque ad Iudaeos conuincendos efficacius. conf. c. II, 44. בׁימיהוּן יקום אלה שמיא מלכו רי לערמין לא יתחבר et c.



turo tunc Mesſia aſſertores exſtitere; cumque in ſermone ſuo nullo in loco clarius ad Seruatorem reſpiciat, heic il-

B 3

lud,

et c. VII, 14. שלטנה שלטין עלם היא תקום לעלמיה et c. IX,  
v. 24. sq. de quo loco mox breuibus , Deo dante , exponemus Iu-  
daeorum sententias , earumque absurditates paucis lineis ostende-  
mus. ex HOSEA c. I, 7. הושעתים בה' אלהיהם III, 5. XIII, 14.  
ex IOELE c. II, 23. מורה לצדקה ex AMOSO IX, II. אקים את סכת  
עבר מלכם לפניהם IV. tot. רור הנופלת ex MICHEA c. II, 13. יעבר  
maxime v. 7. conf. Luc. I, 32. 33. Mich. V, 2. coll. Matth. II, 6. ex NA-  
HVMO c. II, 1. ex HABACVCO praeter locum nostrum c. II, 14.  
תמלא הארץ לדעת כבוד ה' כמים וכסו על ים Mirum  
heic se torquet Abarbanel, vt huius uaticinii uim de conuerfione  
gentilium in N. T. fecutam eludat. Incommode ait exponi de glo-  
ria secundi templi, שמו פסקה הנבואה ונתחדשו כתות צדוקים  
putatque multo rectius de Iudaeorum plenissi-  
ma liberatione, (העתירה גאולה) quam ante mundi finem exspe-  
ctant accipi, quam in rem Iesaiæ, Ieremiae et Zephaniae loca at-  
tulit; non perspexit autem occoëcatum et praeiudiciis refertum.  
Iudaei ingenium, non Israelitis solum illam diuinæ maiestatis ma-  
nifestationem obuienturam, sed aquarum latissime diffusarum in-  
star iis quoque communicandam esse, qui longe antea ab hac sa-  
lutari cognitione abfuerant; id quod factum est, cum, sublato ue-  
teri, noua omnia redderentur, postquam Christus Iesus ἀπὸ τῶν  
τρωμένων τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ, ξένους τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπι-  
αγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντας, καὶ ἁθέτους ἐν κόσμῳ. Eph. II,  
12. in Ecclesiae societatem perduceret, αὐτοὺς γὰρ, pergīt Paulus, v.  
14. ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὃ ποιήσας τὰ ἀμφότερά ἐν, καὶ τὸ μεσότοιχον  
τοῦ φραγμοῦ λύσας. Quam ueram uaticinii egregii interpretati-  
onem uel obiter hoc loco commemorandam duximus. ex SOPHO-  
NIA c. III, 14. sqq. conf. Ies. IX, 6. מלך ישראל ה' בקרבך ex HAG-  
GAEO c. II, 7 8. הסרת כל הגנים coll. Gen. XLIX, 10. et ZA-  
CHARIA III, 8. עברי צמח coll. Ierem. XXIII, 5. et c. VI, 12. 13.  
יש צמח שמו IX, 9. XII, 10. XIII, 7. XIV, 4. 5. et ex MALACHIA  
III, 1. sq. וזרחת לכם יראי ויבא אל תוכלו האדת et v. 20. שמיו



Iud, dum nomine proprio ipsum appellat, fecisse, intelligimus.

VI. Suppetunt uero et alia genuinae expositionis fundamenta, quae a natura uaticiniorum, et consuetudine sacrorum uatum desumuntur. Obseruarunt scilicet dudum sinceri diuinorum uerborum scrutatores, illum esse uirorum Θεοπνεύτων morem, ut quotiescunque fere de Israeliticae Ecclesiae miseriis, de publicae rei deploranda facie differunt, pollicenturque Dei iussu malorum laetos exitus, statim quoque liberationem ex spiritualibus afflictionibus, et redemptionem, per Christum Messiam uenturum procurandam adiiciunt, sicque fractas piorum mentes solatio efficaci ac longe iucundissimo erigunt. Plura possent allegari pro confirmatione huius prophetici canonis exempla, sed nobis pauca sufficiunt, cum non rara sint, sed fere in iis Prophetarum locis omnibus, qui Christum Messiam praedicant, illa admiranda μετὰ βασις occurrit. Daniel nono capite sollicitauerat Deum precibus, ut a captiuitate graui, et immanitate hostium liberaret electam Israelis gentem; mox uero a Gabriele angelo Domini conuertitur ad salutem per Christum pariundam, oratio, tamque explicate de Seruatore nostro differitur, ut his dictis quasi uinculis quibusdam constrictam teneamus Iudaeorum improborum peruicaciam. Iesaias, quem optime ueteris Testamenti Euangelistam dixerunt pii Doctores, eadem ratione ad Mesiae commemorationem transiit c. IV, 12. In prioribus enim cum luxum libidinem Ebraeorum uiuis coloribus depinxisset, denunciaffetque iram sacratissimi Numinis, mox et a poenis futuram liberationem,

---

שְׁמִי שֶׁמֶשׁ צְדָקָה Et haec prophetarum testimonia tanquam breuem dictorum demonstrationem adiicere uoluimus, iunctis simul Sacrae Scripturae parallelis locis, ut dictis sua uis et probandi maius robur constaret.



tionem, et redemptionem Mesſiae ſalutarem allegat, et tunc gloriam atque ornamentum uerum populo Iudaico reddenda pollicetur. Maniſteſtum quoque eius rei exemplum uid. Ieſ. VII, 14. 15. &c. &c. Eundem ſeruat morem Habacucus noſter, et poſtquam precatus eſſet Numen propitium, ut afflictiſſimo populo opem ferret, Chriſtum quoque liberatorem, in quo omne ſitum eſſet piis praefidium, commemorat: id quod per iam a nobis dicta inſigniter declaratur.

VII. Porro ubi Scripturae Prophetarum, nullius Subiecti, de quo uerba accipi debeant, mentionem iniiciunt, et de ipſo tamen non niſi ſingularia atque praeclara redemptionis et liberationis praemia exſpectanda narrant, ibi Chriſtum Ieſum et Meſſiam Regem ſignificant. Cerni hic mos atque intelligi facile poteſt, ſi egregia illa, quae in Prophetis de Chriſto exſtant teſtimonia, et quorum interpretatio extra omne dubium conſtituta eſt, conferantur. Haec clauis eſt inſignium uaticiniorum, in quibus ancipites incertique haerent ii, qui, dum Meſſiam ſtudio et induſtria omni tacent, ineptas ſaepe, pro palliandis falſis hypotheſibus, rationes conquirunt; nos uero illa uſi feliciter in interiora arcanorum uaticiniorum penetramus. Ita capimus a Dauide dicta Pf. IIX, 6. 7. כְּכֹרֶן וְהָרָר תַּעֲשֶׂהוּ תִּמְשִׁילֹהוּ. Quem enim alium uidit orbis gloria illa honoreque coeleſti ornatum, quem maiorem dominum? quam ipſum Dei filium Chriſtum Ieſum noſtrum? cuius quidem expreſſum nomen non eſt, ea tamen de eo dicta reperimus, quae de alio niſi Θεανθρώπου omnipotente intelligi non poſſunt. Conf. et Gen. XLIX, 10. Ieſ. LIII. Hanna in Cantico 1. Sam. II, 10. &c. &c. Sed uideri poterat argumentum, quod iam expoſuimus, uix aliquam in textu noſtro confirmanda auctoritatem habere, quod tum demum



demum ualeat, vbi nomen uidemus esse omiffum. Ast feruat et heic fuam uim. Licet enim ipfe Mesfias a uateuero nomine appelletur, deprehendimus tamen de fubiecto, cui haec ipfa competat denominatio, difceptari apud Interpretes, dum aliqui cum Iarchio Saulem et Dauidem Reges huc referant, alii alios populi Ifraelitici feruatores fubftituant. Nos uero Mesfiae uindicamus et nomen, et egregiam auxilii, quae apud Prophetam legitur, laudem, idque nunc oftendimus, quia confuetudinem Prophetarum perpetuam ex aliis Scripturae locis cognouimus, et cognofcent magis ii, qui dicta plura huc fpectantia euoluent.

IIX. Notat quoque Celeb IO. BVXTORFVS in Lex. Chald. Talm. Rab. ad u. משיח, Interpretem Chaldaicum, quotiescunque cognouit in textu facro promiffionem Mesfiae fubefle, ibi uoce משיח fuum confenfum expreffiffe, quod fi haec aliqua eft ratio, erit et in nostro loco Mesfias intelligendus, in quo Jonathan illum reperit. Sed non ita animo fumus adfecti, ut tantam Targumicis Scriptionibus adfcribamus auctoritatem, quam pene diuinam apud Iudaeos meruere, (10) aduerfus Abarbanelem tamen ualebit aliquid illa argumentatio, fi cum fociis de pretio Jonathanis Chaldaei confenferit: nos interea, qui firmiora poffidemus, lubrica illa praefidia in medio relinquimus.

IX. Et iam ex iis, quae breuiter expofuimus, conftare arbitror, errauiffe Abarbanelem, qui Mesfiam in textu nostro defcriptum praeteruidit, errauiffe etiam, dum felicia N. Testamenti tempora a uate praedicta, maximeque perfpicue c. II, 14. defcripta negat, et ueritati tam euidenti aduerfatur: conftabit iam Habacueum paucis illis capitibus manifefiffima de Chrifto testimonia comprehendiffe, quae inter praeclarum et praecipuum eft, quod nos declaratum dedimus. Tu uero, Seruator OPTIME, confirma nos in ueritate, ferua fidem a fpiritualium hoftium infestis infultibus liberam, ut in eadem constantes immotique perftemus vsque ad finem.

שבח לאל כורא עולם:  
אמן; אמן

(10) Vid. AVG. PFEIFFERVS in Crit. S. c. IIX. Sect. I. qu. 16. p. m. 371. et auctores ab ipfo laudati plures.







